



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Insigne obseruantiaë exemplum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Mira legū  
obseruatio.*

Etiam si contubernij legibus solutus, earum tamen rerum facultatem sibi fieri à Superioribus obsecrabat, quas alius quilibet absque omni Religionis metu credidisset (nullâ factâ Superiorum potestate) vsurpare sibi licuisse: & verò illud eius, quod iam nar-

*Insigne ob-  
seruantia  
exemplum.*

rabam, factum arguet quantæ fuerit erga res etiam tenuissimas obseruationis. Cùm postremùm vnà cum sodalibus in suburbanam vineam prodijisset, pertranseundo ambulationem quamdam, cuius latus ornabant nuces auellanæ, quæ lectæ clausæque à vinitore iam erant, quidam è collegis, cui Ioannes interior erat, auellanam vnã fortè in arbore relictam conspicatus, decerpit: & statim Ioannes (memor legis de non legendâ fruge

*Consilium  
obseruan-  
tia seruan-  
da.*

in vineâ) Ecquid agis, inquit, mi frater? Alter ridendo respondet, nucibus iam lectis reliquas, si quæ fortè mansissent, videri cuius reperienti permissas; & credere se eam vsucapionem non esse lege interdictam. Visa Ioanni proba exceptio; sed humeris aliquantum adductis, Ego tamen, inquit, non facerem, neque perfugerem ad id genus interpretationes.

Hæ, aliæque res quibusdam, quas sua mollius habet conscientia, ridiculæ fortè videbuntur, ac nimix cuiusdam superstitionis: at certè viri cælestium rerum vsu assuefacti,  
religio-